

et consilio 90. numero 43. libro 2. et consil. 72. n. 89.
lib. 2. Surd. consil. 315. numero 20. Becc. consil. 24.
numero 27. et 28. Alb. consil. 93. n. 2. Gabr. conf.
117. nu. 34. lib. 1. Decian. consil. 54. n. 26. lib. 2.
Menoch. presumpt. 131. sub n. 13. et sequent. lib.
4. Cardin. Mantie. de coniect. lib. 8. tit. 2. n. 6. Peregrin.
de fideicommissis. artic. 12. nu. 16. Rota decis.
568. sub numero 5. part. 1. divers. et in Faventina
fideicommissi. 7. Februarii 1605. coram Justo, et in
Leodiensi. fideicommissi. 1. Decembris 1608. coram R.
P. D. meo Cavalerio, que est dec. 233. n. 1. part. 2.
in recent. et in Bononien. de Petis 27. Junii 1611.
et in Romana fideicommissi de Surdis 11. Maii 1618.
coram me.
Tertio facit, quia istæ substitutiones fuerunt
29 factæ de descendantibus, * vel expresse vocatis,
vel in conditione positus, quod est nomen collecti-
vum, comprehendens sui natura omnes descen-
dentes in infinitum, §. 1. aurb. de hered. ab intell.
ven. l. fin. C. de suis, et legit. Paris. consil. 40. num.
10. lib. 2. Surd. consil. 336. n. 9. in fine lib. 3. Me-
noch. consil. 88. n. 10. lib. 1. Peregrin. de fideicom.
artic. 19. n. 11. fuit dictum in Bononien. de Petis
30 Martii 1617. coram me. Et quod vocati * per
nomen collectivum intelligantur vocati ordine
successivo per fideicommissum, teneantur multi
Doctores, ut Covarruv. variar. resolutionum libro
3. cap. 5. n. 4. vers. Secundum quod. et in cap. Ray-
nutius, §. 2. in fine de testament. Menoch. consil.
277. num. 3. lib. 3. Cephal. consilio 268. n. 25. et
seq. lib. 2. Petr. de fideicommissis. quest. 8. n. 38. et n.
506. et seqq. Ruin. consil. 164. num. 3. libro 3. Be-
rous consil. 102. n. 25. et 34. lib. 2. Roland. con-
sil. 70. n. 20. et seqq. lib. 3. Gabr. consil. 101. nu.
22. et seq. lib. 2. Grall. in §. fideicom. quest. 15.
in fine, et quest. 16. n. 3. et sequent. et in specie,
31 quod substitutio * facta de proximioribus tan-
quam per nomen collectivum intelligatur etiam
per fideicom. Anchar. consil. 27. nu. 6. Roland.
consil. 70. n. 26. et seq. lib. 3. Cravet. consil. 161.
num. 1. et seq. Menoch. consil. 97. n. 116. Petr.
ubi supra quest. 5. n. 180. præsertim cum verbum,
32 proximiores, * sit prolatum in plurali numero, ut
hic, Petr. loc. cit. post alios ab eo citatos, Peregr.
artic. 19. sub num. 16. Et licet alii fenserint, quod
quando plures simpliciter vocati sunt sub nomine
33 colectivo, vel descendantium, vel simili dicantur
venire per vulgarem, non autem per fidei-
commissum, ut est verior opinio, de qua per Cu-
man. in l. Gallus §. quidam recte, num. 7. ff. de lib.
et postb. et idem Cuman. in leg. cum ita §. in fidei-
commissis. n. 4. ff. de legat. 2. Socc. consilio 113. nu.
7. versic. Sed ad omnia ista lib. 1. Aym. consilio
131. sub num. 3. Et plures hujus sententiæ testan-
tur de communi, referunt Covarruv. in dist. cap.
Raynutius §. 2. num. 6. et 7. de testam. Molin. de
Hispan. primogen. libro 1. cap. 5. num. 27. vers.
Secundo id ipsum. Surd. dec. 346. num. 18. et latè
fuit firmatum in Auximaria fideicommissi. 26. No-
vembris 1611. coram me. Quæ est dec. 357. n. 1. et
2. et n. 5. part. 1. recent. Ubi alix decisiones al-
legantur, tamen dicta opinio declaratur non
procedere, quando verba dictarum substitutio-
num habent tractum successivum * seu respiciunt
perpetuitatem quandam, tunc enim vocati non
solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum
censentur vocati, juxta distinctionem ejus-
dem Cuman. in dicto §. in fideicommissis. Ruin. con-
sil. 19. num. 9. et sequent. libro 3. Menoch. con-
sil. 85. n. 54. et 64. et consil. 173. n. num. 14. lib. 2.
et presumpt. 71. nu. 34. lib. 4. Peregrin. de fidei-

commiss. artic. 18. n. 12, et art. 19. num. 16. Surd.
de communic. dicta dec. 345. num. 22. Covarruv.
ubi supra dicto §. 2. num. 7. Molin. dicto lib. 1. cap.
6. n. 15. Mantie. de coniect. lib. 8. tit. 12. nu. 11.
Seraphin. decis. 409. num. 13. et dec. 934. numero
7. et fuit firmatum in Bononien. de Petis 17. Junii
1611, et 27. Januarii 1616. coram me, et dicta
decisione 357. numero 2, part. 1. recent. ubi allegan-
tur alix.

Unde punctum in eo consistit, An hic adsint
verba * tractum temporis significantia, juxta tra-
35 dita per Alex. in dicto §. quidem recte, numero 6.
Menoch. post alios presumpt. 71. n. 34. libro 4. cum
aliis per Rot. dicta decisione 357. numero 3. Id au-
tem deducitur, quia in prima substitutione filii
Matthæi sunt vocati post mortem hæredis, quo
casu indubitanter dicantur vocati etiam per fidei-
commissum, cum meatio mortis * inducat compen-
36 diosam, quæ continet vulgarem, et fideicom-
missariam. Bart. in l. Centurio, numero 25. ff. de
vulgar. Menoch. presumpt. 71. sub n. 12. libro 4.
Undè dicendum videtur, quod in aliis etiam sub-
stitutionibus per illa verba conceptis non extant seu
alias deficient. filii masculi succedant feminæ, et
casu quo non extant, seu deficerent filii præ-
nominati, bona devolvantur ad proximiores, in-
telligantur vocatæ fœminæ, et proximiores in
suis casibus etiam per fideicommissum, cum illa
verba, non extant seu deficient. * sint apta compre-
37 hendere casum mortis, imò propriè quis deficere
dicitur per mortem leg. unica §. ubi etiam, ubi
Gloss. in verb. deficiat, Cod. de caduc. toll. gloss. in
§. Hinc nobis in verb. deficien. Auth. de hered. et
salcid. Paris. consil. 20. numero 21, et sequentibus,
libro tertio. Simon. de Pret. de interpretat. ultim.
voluntat. libro tertio, solutione undecima, num. 47.
folio 291, Beros in nostris terminis consilio 67,
numero 16, et sequentibus, ubi ponderat verbum
38 deficere quod denotat mortem, et sic inducit
compendiosam, et habet tractum temporis, ut
ibi per eum, et quamvis deficere dicantur etiam
non nati, ut per Simon. loco citato numero 48, et
sensit Rota decisione 453, numero 6, part. 2, in re-
cent. Tamen cum hic adsit aliud verbum, non ex-
tant. quod potest referri ad non natos, dicen. vi-
detur per illud, seu deficien. intelligi filios jam na-
tos, qui postea mortui fuerint, et sic implicari
compendiosam substitutionem, et tractum tem-
poris, et aliâs sufficere verba * quæ etiam impli-
39 citè tantum significant tractum temporis, tradit
Peregrin. de fideicommissis. articulo decimo-octavo, nu-
mero 14, Simon. de Pret. dicto libro 3. interpretat.
secunda, sub. 1. folio 5. sub numero 46, versiculis. Ad-
est tractus folio 239, a tergo. Ruin. consilio 164, n.
9, libro 3.

Quibus accedit, quod Testator digressus est
ad plures gradus substitutionum, et ultimo loco
substituit proximiores * quam non possunt uno
temporis momento verificari, et necessariò im-
portant tantum temporis. Seraphin. decisio 934,
numero octavo et numero nono, et demum ces-
sare videtur difficultas ex quo Testator post-
quam privavit criminosos, et exclusit fiscum,
dixit, sed bona semper, et omni tempore debeant
remanere penes præfatos institutos, et sub-
stitutos usque in infinitum reciprocè, compen-
diosè, et per fideicommissum; et hanc esse men-
tem suam, non ad committendam fraudem a-
liquam fisco, sed ad hoc, ut bona conserven-
tur in dictis institutis, et substitutis. Quæ
verba † non possunt esse magis clara ad de-
notandam

notandam perpetuitatem, et tractum successivum
in isto fideicommissio inter descendentes, et prox-
imiores vocatos, quia etiam declarant modum suc-
cedendi reciprocè, compendiosè, et per fideicom-
missum, Seraphin. dicta dec. 934, n. 10. et 11. et
ita fuit decisum.

CAPUT LXX. §. 6.

SUMMARIUM.

- 1 Proximitas in fideicommissis gravatis, an gra-
vati attendatur. In singula stirpe attenditur
num. 9.
- 2 Linea semel admissa donec extant capaces de il-
la ceteri de aliis excluduntur. Amplia etiam
quoad transversales lineæ jam admixtæ nume-
ro 4.
- 3 Exclusus semel semper exclusus à fideicommissio
remanet. Fallit cessante causa exclusionis n. 5.
et n. 6.
- 7 Proximioribus in stirpes vocatis etiam dispares
in gradu universiisque stirpis admittuntur.
- 8 Clausula in stirpes facit censeri factam divisionem
fideicommissi pro rata inter ipsas.
- 10 Proximior Testatori, et gravato omnibus præ-
fertur.
- 11 Matrimonium inter agnatos contractum prox-
imitatem excludit.
- 12 Testatoris voluntatem contemnens per assumptio-
nem alterius cognominis fideicommissio priva-
tur.

Mortuo sine filiis Gabriele Melio hærede per
fideicommittentem ejus patrem universali-
ter instituto erga proximiores de familia, et agna-
tione de Melio gravato, quemadmodum constat
ex testamento post primam allegationem im-
presso apud nos libro 3. Eques Diophæbus tunc
proximior ex agnatione prædicta successit. Eo
postea sine filiis pariter vitâ fûcto universam il-
lius hæreditatem, cum bonis fideicommissio sub-
jectis, Diophæbus alter Marchio Soranæ occupa-
vit, adversus quem in eodem gradu agnatio-
nis existentes insurrexerunt Joseph de Melio,
quorum de præstando eidem annuam pensionem
aureorum centum viginti loco ejus portionis con-
venit; et Galeaz itidem de Melio, qui vigore fi-
deicommissi ejus quoque portionem judiciali-
ter obtinuit, cum pacifica possessione, quam ad
ejus posteros transmisit, et in Franciscum ejus
pronepotem terminavit, ex quo adhuc pupil-
lus, ac consequenter sine filiis ex hac vita mi-
gravit, supersubstitibus Isabella ejus sorore, et Vi-
ce-Præside Senatus, et Magistratus Montisfer-
rati Joanne Paulo Melio, inter quos super lustra
quinque agitata lite, tandem emanavit sententia
favore Masculorum de agnatione, et familia de
Melio, ad exclusionem ipsius Isabellæ rationi-
bus ac fundamentis ab eodem Vice-Præside Me-
lio, latissimè deductis tam in ejus lib. 3. allegat.
quam in scripturis legalibus datis, et quæ magis
exornatæ iterum exhibentur, et contra Isabel-
iam, quæ appellavit, et contra Comitem An-
tonium Mariam de Soranea ejus filium qui in hac
causa tanquam masculus de agnatione Melia se
intrudere contendit, et quidem inutiliter ex in-
ferius exarandis.

Melius ad Castillum de Alimentis.

Pro admisione igitur ad portionem fideicom-
missi vacantem per obitum Francis de Melio,
inter Vice-Præsidentem Melium, et Comitem Anto-
nium Mariam, de proximitate * non contenditur;
quippe quoniam sive ultimò defuncti, sive fidei-
committentis proximitas attendatur ad tradita per
Surd. consil. 370, n. 15. et seq. Antonin. de Amat.
resol. 10. num. 2, et per totam. Altograd. consil. 92,
num. 18. et seq. et à num. 32. lib. 2. Mart. Ventur.
consil. 25. nu. 22, 183, et seq. Joan. Fr. Andr. con-
trov. 248, n. 5, et controvers. 249, n. 6, Spad. con-
sil. 338, n. 5. lib. 2. et consil. 14. n. 6. et consil. 262,
n. 2, et consil. 338, n. 1. et per totum libri 2. Larrea
dec. 54, n. 2, et 23, Royas dec. 234, n. 4, et sequent.
Censal. ad Peregr. de fideicommissis. art. 20. fol. 28.
Anton. de Marin. resolut. 216. n. 29. lib. 2. idem
Melius allegatione 1, ex n. 46, et alleg. 64, n. 10. et
allegat. 84, n. 6, libro 3, et faciunt latissimè tradita
per Cyriac. de jur. success. Duc. Carol. artic. 1. à n.
75, usque ad 228. utroque in casu proximitas ipsius
Vice-Præsidentis ex processu in factum resultat, et ex
deductis in jure probata convincitur, nimirum
per eundem Melium dicta alleg. 1. n. 55. in fine seq.
ac per tot. lib. 3. Non quidem ad exclusionem Co-
mitis Antonii Mariæ de Soranea de præcitato tem-
pore, nec dum in lucem editi, sed Comitum Caroli
ejus patris, tunc viventis, qui hanc provinciam
prudentissimè se gerendo, inutiliter suscipere jure
optimo recusavit.

Vim facit, ut audio, Comes Antonius Maria
pro obtinenda prælatione adversus me in duobus,
præcipuè altero, quia fideicommissum istud semel
jam ingressum apparet, ejus lineam * in ea idcir-
cò perseverare, seu consolidatum remanere, nec
transitum facere in aliam debet, donec ex ipsa
aliquis masculus successione capax extet, ad text.
cum ibi notatis in cap. 1. de natur. success. feud. Man-
tie. de coniect. ult. volunt. lib. 8, tit. ult. n. 59. Gra-
tian. disceptatione 773, num. 3, Castil. de coniectur.
ultim. volunt. cap. 91, n. 67, et sequent. Spad. con-
silio 14, sub n. 7, vers. intrat enim lib. 3. Fontanell.
decisione 34, numero 6, 14, et sequent. Peregr. con-
sil. 42, nu. 6, lib. 3, Antonin. de Amat. resolut. 10,
nu. 32, et 52, Fular. de substitut. questione 484, n.
34, Mart. Ventur. consil. 25, nu. 20, et consil. 48,
nu. 34, et nu. 44. Censal. ad Peregr. de fideicom-
missis. artic. 20. vers. Secunda sit conclusio, fol. 30,
Merlin. dec. 864. numero 33. Buratt. dec. 107,
nu. 4.

Altero quia cum Antonius ipsius Propæsidis
Pater à Galeatio ejus patruo, ac cæteris de agna-
tione Melia exclusus * remanserit perpetuò à suc-
censione cum ejus posteritate exclusus censetur,
Menoch. consil. 1152, n. 1, Peregr. de fideicom. art.
27, num. 16, et seqq. Mart. Ventur. consil. 27, n.
123, Bim. consil. 383, numer. 2, Merlin. dec. 864,
sub n. 32, vers. Nec obstat regula. Rota dec. 235,
n. 1, et seq. part. 6, recent. Vice-Præses Melius
allegat. 50. in fine lib. 3, Bim. consil. 1. n. 6, Fular.
consil. 69. n. 31.

Prædicta tamen negotium minimè facescunt,
cum nec in factum, nec in jure subsistant, in factum
quidem, quia portio fideicommissi modo contro-
versata, lineam Comitum Antonii Mariæ, aut
ejus majorum nunquam occupavit: sed penes Ga-
leatium, et ejus posteros pariter de Melio semper
remanet. In jure * autem ratiocinatio optimè re-
torquetur ex fundamentis latius deductis in hac
causa per Melium Patrum allegatione 1, num. 39.

usque ad 45. libro 3. ubi ad conclusionem Comitum Caroli patris adversarii consideratum extitit, quod ista portio fideicommissi Galeatio obventa ex illius linea etiam contentivè sumpta egredi non possit, dum per existentiam mei perfectè evacuata non remanet, & præter ibi adductos comprobant Curt. jun. consilio quimo, sub n. 10. vers. alio modo Crivel. dec. 109. n. 14. & 15. ubi quod quando non adsunt descendentes ex linea admiffa, ejusdem lineæ transversales admittantur. Ruin. consil. 159. sub nu. 6. vers. & pro hoc facit. lib. 2. Menoch. consil. 106. n. 350. ubi, quod quandiu fuerint agnati superstitis illius lineæ, quæ successit, transitus non fiat in aliam. Socin. sen. consilio 249. n. 21. lib. 2. Corn. consil. 97. sub n. 7. vers. Pro quo facit, lib. 1. Bec. consil. 138. n. 46. ubi quod hæreditas semel perventa ad aliquam lineam, tamdiu in ea remanet, quandiu ex ea aliquis existit, in aliam non transit, quod repetit consil. 143. n. 42. Gratian. discept. 456. num. 33. Mart. de success. legal. part. 1. quest. 12. artic. 1. n. 8. Ita ait, & ubicumque una linea est admiffa, omnes in infinitum de illa censentur admiffi, neque ad alteram lineam transitus fieri potest, antequam omnes de linea præcedenti extincti fuerint. Latè Fontan. dec. 36. à n. 10. ad 16. ubi quod si non extant descendentes ex ultimo lineæ jam admiffæ transversales ejusdem lineæ ad exclusionem aliarum admittantur, qui est casus noster Monac. dec. Flor. 54. n. 1. Rota apud Giovagn. consil. 62. n. 31. lib. 1. Rota dec. 627. sub n. 4. vers. Et facit, & dec. 681. sub nu. 3. vers. Pro quo, part. 2. recent. Ciardin. controvers. 1. num. 12. Quatenus vult esse contra regulas juris transitus à linea occupata, & nondum expleta ad alias. Censal. ad Peregr. de fideicommiss. artic. 20. vers. Tertio ampliat, col. 2. fol. 30. Scacc. consil. 233. n. 28. qui omnes præcipuè moventur ex textu in capite primo de natur. success. feud. qui licet expressè in feudis disponat, nihilominus ad primogenituram, majoratum, & fideicommissa regulariter extenditur. Rota in Ferrar. fideicommiss. 5. Martii 1663. n. 5. Vice-Comite.

Hinc propterea præsupposito pro constanti, quemadmodum etiam ex actis apertissimè liquet, minimè inter partes controversatur quod pars fideicommissi modo controversa lineam Comitum Antonii Mariæ de Soranea nunquam intraverit, & nostram per annos ferè centum occupaverit, utique auctoritates in oppositum congestæ opinioni nostræ famulantur, ut ex illarum rimatione concludentissimè resultat.

Argumentum quoque deductum ab exclusione retorquetur, quippe quoniam sicuti Comes Antonius Maria, seu ejus majores quoad hanc portionem per Galeatium de Meliis, & ejus lineam hætenus exclusi extiterunt, ita pariter donec extabat aliquis etiam transversalis in linea Galeatii, inter quos nos cum patruo nostro proximioro reperimus, exclusi remanere debent juxta doctrinas superius allegatas, quæ non applicantur Vice-Præsidi, siquidem Antonius de Meliis ipse pater ratione proximitatis * duntaxat ingentis in Galeatio exclusionem passus est. Unde cum Galeatius excludens cum ejus posteritate cessaverit, exclusio quoque sublata remanet. Menoch. consil. 1. num. 459. vers. Nec huic, & consil. 359. nu. 110. consil. 585. sub n. 35. Socin. jun. consil. 104. n. 11. vers. aliquando. lib. 2. & consil. 79. sub n. 9. vers. Nec quicquam, lib. 4. Gabr. consil. 85. n. 15. & 16. libro 2. Castrenf.

consil. 191. sub numero 1. vers. Attamen mortuo, lib. 2. Cephal. alias adductus, & relegendus consil. 313. sub numer. 56. 57. & 58. Spad. consil. 231. numero 25. lib. 3. Molina. de primogen. libro 3. cap. 6. numero 29. in fine, & 30. Scacc. consil. 136. sub numero 43. vers. Quod tamen. Altograd. consil. 92. n. 19. in fine, & n. 20. lib. 2. Rim. jun. consil. 455. nu. 9. & seq. Redenasc. consil. 9. num. 36. & sequenti. ubi quod regula, semel exclusus semper remaneat exclusus, procedat solummodo, cum de noviter acquirendo jure, secus cum agitur de jure jam quæsito detegendo, quemadmodum in præsentis casu succedit, ex quo agens venit ex jure ab obitu fideicommissitantis quæsito, à quo ejus pater & ipse non simpliciter exclusi, sed per existentiam * proximiorum in linea eorumdem suspensi remanserunt, nec actualiter succederent. Argel. de acq. possess. quest. 3. art. 16. numero 918. & seq. Peregr. de fideicommiss. art. 27. sub numero 18. vers. Nisi persona, & optimis rationibus examinatur. Giovagn. conf. 21. numero 88. & sequenti. libro 1. Lancell. Gall. consilio 101. numero 13. Becc. consilio 107. numero 18. & 19. Theaur. quest. forens. 42. sub numero 15. vers. & non habet hæc opinio difficultatem durante causa exclusionis lib. 1.

Ratio subest optima, quia Antonius de Meliis pater ipse Vice-Præsidi aliunde exclusus ab ista portione non existit, nisi quia in ejus stirpe à Galeatio de Meliis ejus patruo, ac consequenter proximioro de nostra stirpe excluderetur, eo autem non superstitio idem Antonius, quantumvis uno gradu remotior cum Marchione Diophæbo proximioro successisset. Quando enim prout in casu nostro substituantur proximiores in stirpes, * quælibet stirps censetur æqualiter vocata promissæ, & in observato gradu ad notata per Doct. in leg. si cognatis 20. ff. de reb. dub. Paris. consilio 38. numero 9. & 10. libro 2. Burfat. consilio 67. numero 23. Cephal. consilio 489. numero 5. & consil. 493. numero 22. & 23. & consilio 600. numero 29. Surd. consilio 370. numero 13. Port. consilio 55. numero 94. & 95. Paris. consilio 40. numero 7. & consil. 91. numero 23. & 24. lib. 2. Socin. jun. consil. 20. sub numero 8. vers. ex quo apparet, lib. 3. Menoch. consilio 124. numero 67. & numero 87. Peregr. de fideicommiss. art. 20. numero 8. & art. 21. numero 18. & consil. 129. numero 1. lib. 5. Anton. de Amat. resolut. 10. numero 8. Fufar. de substit. quest. 320. numero 41. & quest. 483. numero 4. Lancellot. Gall. consilio 17. numero 12. & seq. Altograd. consilio 65. numero 6. & 7. & consilio 67. numero 24. libro 1. Rationis autem ratio sese offert, quia per clausulam in stirpes * censetur inter ipsas pro rata facta divisio fideicommissi, leg. plane 34. §. si conjunctim, Digesti de legatione 1. Burfat. consilio 67. numero 22. in fine.

Dum igitur propter existentiam Galeatii proximioris in gradu de nostra stirpe Melia, tempore Purificationis fideicommissi Antonius, à quo descendimus ejusdem Galeatii ex fratre nepos exclusus extiterit, consequens idè sit, ut sublato è vivis Galeatio, cum ejus posteritate masculina, ac consequenter cessante causa exclusionis Vice-Præsides Melius ipse Antonii filius de eadem stirpe Galeatii admittatur, excluso penitus Comite Antonio Maria alterius lineæ, seu stirpis, ad hanc portionem fideicommissi nunquam admiffæ, alias unaquæque

unaquæque stirps ad suam portionem contra enixam mentem fideicommissitantis nonmitteretur, seu jam admiffa contra jus, & fas excluderetur.

Quando enim Testator, prout hic, in defectum descenditum ex ipso vocat proximiores de familia, & agnatione in stirpes, tunc omnes stirpes * perpetuè concurrunt, servatâ proximitate non inter omnes de agnatione substituta, sed inter illos de singula stirpe, Socin. jun. consilio 126. numero 21. & sequentibus, & numero 42. libro primo. Ubi quod vocatis proximioribus, is admittatur qui ad intestatam succederet, & consilio vigesimo sub n. 8. vers. ex quo apparet, libro tertio. Surd. consilio 370. numero decimo tertio, & decimo quinto. Paris. numero 5. vers. etiam in successione transversalium, libro secundo. Peregrin. de fideicommiss. articulo vigesimo, numero octavo, & consil. 51. numero 15. libro 3. & latius consilio 129. per totum, libro 5. Antonin. de Amat. resolutione 10. num. 8. Fufar. de substitut. questione 484. num. 69. Mart. consilio 43. numero 23. Spad. consilio 338. sub n. 5. vers. Et idè potius censetur substituta Margarita ejus foror, quam adversarii ejus consobrinaræ, & faciunt tradita per Cammarat. respons. 49. n. 3. & sequentibus. Altograd. consilio 92. sub num. 35. vers. Et per consequens erat proximior Cecilæ ultimæ absque filiis defunctæ lib. 2. fortius præmissa sibi locum vindicant, ex quo in Vice-Præsidi, ut dicebat ipse, allegatione prima, num. 55. in fine, & sequentibus, lib. 3. utraque proximitas * ultimo defuncti, nimirum & fideicommissitantis concurrunt, quæ operatur etiam ipsa exclusionem Comitum Antonii Mariæ naturam habentis, ut præter tunc adductos comprobant Peregr. consilio 47. numero 15. libro secundo. Joan. Anton. Bellon. consilio 11. numero 30. Nec aliter mens Testatoris effectum fortiretur, nisi proximiores in quaque linea seu stirpe admitterentur, juris ergo indubitissimi reputetur quod Comes Antonius Maria, uti remotior, & de alia stirpe concurrere nequeat ad hanc portionem nostræ stirpis omninò debitam, in eaque tot annorum curriculo consolidatam cæteris aliarum stirpium semper exclusis.

Eo autem ipso quod Isabella foror Francisci de Meliis ultimo defuncti nupsit Com. Carolo pariter ut asseritur de Meliis, ex quibus in lucem prodit Comes Antonius Maria modò præterendus successione apertissimè innuitur eundem repellendum; quippe quoniam * ex hujusmodi conjugio absque dispensatione Apostolica contracto, proximitas quælibet excluditur, Alb. consil. 484. numero 76. Joannes Franc. Andreoll. controvers. 337. numero decimo-quarto, & in hac causa animadvertit Melius allegatione prima, numero 58. libro 3.

Minus ad istam successione Comes Antonius Maria aspirare potest ex quo ipse, ejusque majores naturali agnatione ex præcepto Testatoris dimissis modò de Lupis, modò de Soranea regulariter nuncupantur, propter quam mutationem nominis, * & alterius familiarum armorum delationem, à fideicommissio pro conservatione agnationis Meliæ inuncto exclusus omninò remanet, ut subjungebat in hac causa Melius allegatione prima, numero 102. & allegatione 103. num. 22. libro tertio, & ante ipsum Joann. Botta consilio 7. à numero 25. ad 34. Molina. de primogen. libro 2. capite 14. numero 26. & sequentibus, Theaur. decisione 270. numero 13. Gratian. disceptat.

645. numero 17. Hoping. de arm. capite 8. à num. 380. usque ad 385. & pluribus exornat Larr. dec. 51. numero 17. & per totam. Tantum abest ergo, ut Comes Antonius Maria ad portionem hanc controversam admitti, quin potius nobis, occupatam per ipsum, & alios de Lupis dimittere debet, ut suis loco, & tempore insisteretur.

CAPUT LXX. §. 7.

SUMMARIUM.

- 1 Res judicata ut officiat requisita. Judicata contra unum ex fideicommissariis aliis non præjudicat num. 8. Fallit ut nu. 9. Judicata contra unum in dubio alteri non præjudicat n. 10. Injustè judicata contra unum aliis non officiat n. 11.
- 2 Testatoris voluntatem contemnens per assumptionem alterius cognominis fideicommissio privatur.
- 3 Legitima, & Trebellianica medietatem hereditatis important.
- 4 Tertius suam possessionem tuetur exceptione derivationum.
- 5 Agens ad totum succumbit, si partem tantum habeat.
- 6 Dividens contra præceptum Testatoris cadit à fideicommissio.
- 7 Exceptio habes priorem in gradu excludit agentem.
- 12 Linea semel admiffa donec extant etiam transversales de illa non fit transitus ad aliam lineam.

Actionem fideicommissariam ex testamento Hieronymi de Meliis propter contraventiones dispositis in eo sub censura privationis favore proximiorum de agnatione Melia per Alexandrum, ejus filios, & signanter Ranutium ex Marchionibus de Soranea replicatas in judicio, ne proponerem adversus D. Comitissam Olimpiam Martinengam de Ponzonis duo principaliter resistere videbantur. Alterum, quia in simili judicio propter obitum Francisci de Meliis in pupillari ætate adversus eandem Comitissam à D. Antonio de Maria pariter ex Marchionibus de Soranea intentato, rem per binas conformes judicatas ad omnimodam fideicommissi exclusionem obtinuerit. Alterum ex quo extrema in id requisita probari nullatenus valeant; utraque verò ex prædictis objectionibus superata fructus à die litis modò contestatæ duntaxat, non autem commissæ contraventionis deberi censendum veniat.

Personarum ex diversitate juncta causarum differentia aliisque circumstantiis tunc ponderatis; modò autem in applicabilibus exceptio rei judicatæ non militat, ex quo ut suffragetur, tria copulativè concurrere habent, * quod sit eadem causa, eadem personæ, & idem jus, seu effectus & finis, leg. cum queritur 12. cum duabus sequentibus, ff. de exceptione rei judicat. Dec. consilio 96. numero primo, in fine, & numero secundo, & consilio 464. numero sexto. Surd. consil. 512. nu. 1. licet in casu suo aliter concludat, ex quo agebatur de hærede universali illius, cui resistebat res judicata, & eadem persona cum